



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

26. An liceat clam occidere eum, qui in iudicio conatur aliquem calumniis
opprimere in causa magni momenti? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. r. 98.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

De Homicidio, &c. Resol. XXIV. &c. 103

quo vitam seruum incolument. Item si quis vadit ut soluat, vel irritet canem contra me, licitum est mihi illum occidere antequam soluat canem. Hec Bannez, & post illum nouissime Iacob. Marchantius in *summar. qg. pastoralem ad Decal. c. 5. q. 2. oaf. 3.* & Io. Franc. Suarez in *Enebit. casum conscientie. lib. 7. ver. homicidium. §. 7.* vbi sic ait. Parantem te occidere omnino, potes prius occidere, quam inuadari, si aliter euadere non potes. Ita ille, & Reginaldus in *praxi tom. 3. lib. 2. c. 5. n. 57.* Si famulos voces ad me occidendum, nec aliter saluus esse possum quām te occidendo, possum te occidere.

3. Et tandem ex schola S. Thom. hanc sententiam docet enim Ioan. de la Cruz. in *direct. conf. p. 1. præc. 5. q. 1. dub. 5.* vbi sic ait. Intelligitur conclusio etiam ante actualem aggressionem, quia etiā non possumus praevenire occisorem eius, quem timemus fore inuaderemus si iam fecit aliquam actionem in ordine ad aggressionem ut parando infidias, ensem acendo, aut si iam sit animo paratus ad id, si aliter non possum fugere, licet eum occideo antequam instet meum damnum, quia tunc moraliter loquendo, iste est inuasor, & ego mei defensor. Ita ille.

4. Verū Lessius lib. 2. c. 9. dub. 8. n. 46. & Sylvius in 2. 1. D. Thom. q. 64. art. 7. queritur 6. afferunt in praxi hanc sententiam difficulter practicari posse, ob periculum abusus, & quia perratum est vt non suppetat alia ratio mortis euadenda. Sed ego in hoc tractatu intendo solum proponere speculatiū variae sententiae Doctorum circa dubia occurrentia, minus postea prudentis. Confessarius erit maturè consideratis omnibus circumstantiis, hanc, vel illam opinionem in praxi praenitenti consulere.

RESOL. XXIV.

An reclusus in aliqua domo videris inimicum ad occidendum cum expectare possit prævenire, & intermisere illum, si aliter falso in non posse?

Et in exemplum predicta questionis apponitur, an vxor, que vider maritum, qui pugionem condidit sub cerviculo, ut eam interficiat, si alind non superest remedium, an posse illum prævenire? Idem est dicendum de illo, qui alteri parauit venenum. Ex part. 5. tract. 4. Ref. 8.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Saloniūs in 2. tom. 1. q. 6. 4. art. 7. contr. 1. concil. 3. & Sylvius in 2. 1. D. Thom. q. 64. art. 7. queritur 5. quia nunquam licitum est prævenire inimicum, quantumvis paratum, donec actu inuadat, & aggrediatur.

2. Sed contrarium docent Doctores citati in superiori resolutione, & in terminis, vt dici solet, terminantibus affirmatiū ad hunc casum respondet Azor. 10. 1. lib. 2. c. 1. q. 12. Reginald. tom. 2. lib. 2. c. 5. n. 57. vbi sic ait. Si accedas catapultam dispersorū ad me occidendum, nec possum aliter mortem euadere nisi nisi præveniam occidendo te, possum prævenire, quia erit defensio vita cum moderamine inculpatæ tuelæ. Similiter si nondum accedis quidem, tamen iam es ad occidendum instrutus neque sic conclusum, obſerſumque tenes, vt non possum euadere, nisi te occidendo præveniam. Ita ille. Idem etiam docet Pitigianus in 4. sent. tom. 2. dist. 1. q. 1. art. 2. vbi ita afferit. Si quis reclusus in domo viderit inimicum insidias parantem ut eum interficiat, quando exiret, potest, si aliud remedium euadendi non habet, antequam ē domo exeat, inimicum occidere.

3. Hinc Lessius lib. 2. c. 9. dub. 8. n. 45. ait. Si nondum accedis, tamen instrutus es ad inuadendum, nec possum euadere, nisi præveniam, tunc enim possum præ-

uenire, & ponit exemplum de marito, qui pugionem condidit sub cerviculo ut vxorem interficiat, quem vix, id certò sciens, si aliud non superest remedium, potest præuertere. Et idem docet de eo, qui alteri parauit venenum, potest enim illud ex industria conuerti in auctorem, si alia ratio euadendi non superest, & hac duo exempla ponuntur & admittuntur communiter à DD. sicut de illis dubitet Sylvius ubi *suprà*.

4. Ex his infertur recte ex Ialone & Alexandro de Natio, Iulium Clarum in *præf. lib. 5. §. homicidium n. 3* adnotasse, quod qui preparabat offendere, iudicatum fuit impunē poruisse occidi; sed pro casibus particularibus abolute querendum est.

RESOL. XXV.

An qui minatur mortem verbis solis, liceat eum occidere?
Ex part. 5. tract. 4. Refol. 10.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Ioan. Franc. Sup. hoc sit. Soar. in *Enebit. casum conscientie. lib. 7. ver. ho- 14. §. Primi* mandare; vnde ex Afflito & alii obseruauit Iulius Clarius in *præf. etym. lib. 5. §. Homicidium. n. 3.* absolutum quidem cursum à lin. 3. fuisse quendam Nobilem, qui alium sibi minantem interficerat.

2. Verū ego contrarium temeo cum Maldero in 2. 2. tract. 3. cap 1. dub. 7. vbi sic ait. Si quis tibi minetur mortem verbis solis, non licet eum occidere: igitur affirmatiua sententia procedit forsitan in foro exteriori.

RESOL. XXVI.

An liceat clam occidere eum, qui in iudicio conatur alio calumniis opprimere, in causa magni momenti?
Ex part. 3. tr. 5. & Milc. 1. Ref. 98. alias 97.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenet Bannez in 2. 2. 9. 64. ar. 7. dub. 4. concl. 2. & in *respons. ad 2. P. Nauarra de ref. lib. 2. n. 289. & 290. Sanch. in 2. 1. lib. 2. c. 9. n. 7.* & alij; quia hoc non tam est occidere, quām se defendere.

2. Sed, etiā spectato solo iure naturæ, non sit improbabile, quando inter duos lis agitur sue criminalis, sive civilis, modò hæc sit magni momenti, & vnu conetur falsis instrumentis, aut taliibus subornatis innocentem opprimere, hunc, si id ipsi certò constet, posse alium secreto interficere, si id possit commode facere, nec alia sit ratio euadendi periculum, quod ipsi ab alio iniuste imminet, quia hæc occisio habet rationem instæ defensionis, contra iniustum iniurorem. Etsi, inquam, hoc spectato solo iure naturæ, non sit improbabile; tamen credo iure positivo posse id prohiberi, atque adeo de facto esse prohibitum ac legem prohibentem homicidia ad hunc casum extendi posse. Vbi enim videtur receptum, ut in quauis Republica bene constituta, talis occisor deprehensus, morte puniatur, nec credo ullibi admittendam esse excusationem, quod id ob necessarium sui defensionem fecisset, & meritōnam si eiusmodi exceptio admitteretur, grauissimi inde sequentur abusus. Cum enim litigantes communiter sibi persuadeant, se habere certum ius, quoties viderent esse periculum, ne cauta caderent, facile sibi persuaderent, se adiutæ partis machinationibus iniuste optimi, cùmque conarentur clam occidere, & sic infinitis casibus daretur occasio. Quare meritō ius positivum, eiusmodi cedes, etiam in casu quo fortè iure naturæ, alias essent licite, prohibet, ac morte puniit. Et ita haec omnia docet Egidius de Coninch *de actibus sua-*

pernat. disp. 32. dub. 2. n. 12. vide etiam Sylgium in 2.2.
D. Thoma q. 64. art. 7. quadratur 6.

RESOL. XXVII.

An liceat occidere falsum testimoniem ad testificandum contra aliquem?

Et quid est dicendum de accusatore?

Et notatur, quod hoc extenditur, non solum quando falsus testimonius, vel accusator impetreret in iudicio vitam alicuius, sed etiam bona temporalia. Ex part. 5. tr. 4.

Res. 7.

S. I. Negatiu[m] responderet Turrianus in 2.2. tom. 2. Ref. praeferita, & signata in Ref. seq. & infra in Ref. 45. §. Norandum, paulo post. Imo. & supra ex doctrina Ref. 14. §. Pri- mo quidem, à fin. 6. verl. Tertio,

§. 1. hoc in Ref. 27. dub. 2. n. 10. Galonius in 2.2. q. 64. art. 7. conr. 1. concil. 3. Corduba lib. 1. q. 38. dub. 1. Sotus lib. 5. q. 1. art. 8. Sylgium in 2.2. q. 64. art. 7. quadratur 5. & Malderus in 2.2. tract. 3. c. 1. dub. 7. quia talis testimonius non potest dici iniuasor, licet contra ius faciat falsum deponendo, sed non contra ordinem iuris, est enim de ratione agressionis ut contra ordinem iuris iniuriarum inferat, id est, propria auctoritate: iste autem non propria auctoritate, nec vt priuata persona, sed per iudicem seruato iuris ordine occidit, licet iniquus.

Ergo, &c. 2. His tamen non obstantibus non desunt Doctores affirmatiu[m] sententiam tenentes, vt Io. Franc. Suar. in Enchir. cas. conf. lib. 7. homicidium, §. 13. vbi sic ait. Licer occidere testimoniem ad testificandum falsum contra me, vbi agitur ad mortem, nihil enim differt armis, vel alia iniuita via me iniuadat, si certò scio gladio oris eius me fore occidendum. Sic ille, Idem docet Bannez de iust. & iur. q. 64. art. 7. dub. 4. concil. 2. his verbis. Similiter dico quod si qui vadit ad iudicem, fuerit admonitus, & noluerit retrocedere, poterit is, qui iniuriarum patitur, & occidere illum, defendendo se, vel sua, si aliter non potest: quam sententiam tenet etiam Tannerus 10.2. disp. 4. q. 8. dub. 4. n. 83. Strouersdorf. in 2.2. D. Th. qu. 64. art. 7. concil. 5. Reginald. tom. 2. lib. 2. c. 5. n. 57. tanquam probabilem defendit Petr. Nauarra de restit. lib. 2. c. 3. v. 57. & seq. vide etiam Vigan in summa tom. 1. c. 127. cas. 11.

3. Quod autem dictum est de teste, Marchantius in summar. reol. pastoralium ad Decal. c. 5. q. 2. cas. 4. Molina de iust. tom. 4. tr. 7. disp. 12. n. 1. & Bannez vbi suprà, docet etiam de procuratore si falsis criminalibus, vel falsis testimonibus vitam alicuius in iudicio impetreret, nec alia sit ratio effugij, nam in tali casu licitum esset eum occidere, & idem Bannez docet de Accusatore, qui contra iniustitiam legalem pandit crimen occultum, sic enim ait. Sed rogar quis, quid agam ego, si quis vadit ad me accusandum de crimine vero, sed occulto, ex cuius accusatione mihi cerum periculum creatur mortis, vel infamie? Respondeatur quod si ille non habet ius ad me accusandum, neque procedit secundum iustitiam legalem, ita me possum defendere ab illo, sicut ab imponente falso crimen. Ita Bannez, & post illum Hurtado de Mendoza in 2.2. disp. 170. seq. 8. §. 62. Nota etiam quod Bannez hoc extendit non solum quando falsus testimonius, vel accusator impetreret in iudicio vitam alicuius, sed etiam bona temporalia, ut infra videbimus, licitum est cum aliquibus que hic pr. circumstantiis pro defensione rerum temporalium in causa post seq. ualorem occidere.

4. Adiurit tamen quod Rodriguez in sum. tom. 1. c. 220. n. 18. & Lessius lib. 2. c. 5. dub. 8. n. 47. putat in praxi hanc opinionem non esse admittendam, ob incommoda, quae ex ea sequi possunt; sed Bannez responderet, huc incommoda non provenire ex ipsa doctrina, sed ex hominum malitia litigantium, qui non

prudenter examinabunt circumstantias, in quibus hinc tum, est falsum accusatorem, vel falsum testimoniem occidere. Sed vt verum fatetur, circa praesentem questionem placet mihi opinio Continech, quam adduxi in p. 1. art. 7. resol. 97. & quam etiam, me citato, obseruat nouissime Qu. Ioan. Escobar, p. 2. de paritate & nobilitate probanda. Qu. 9.1. gloss. 4. n. 1. 4. quamvis ipse in rigore potest affirmare, ut sententiam esse veram, licet non consulendum.

RESOL. XXVIII.

An liceat occidere accusatorem, vel saltem, qui falsi columnis conatur per iudicem aliquem interficere, & mare, aut bonis priuare, si non adiit alia via eu- dendis?

Et an licitum sit occidere eum, qui detractionibus ini- tur graue damnum inferre, & infers, nisi occidens, quamvis defectus, qui detractione publicatur, si vero, si si occultus; & aliqua alia circa hoc inferatur, & explanantur?

Et quid, si falsis columnis quis vellet te apud consen- guineum infamare, ne tibi hereditarem relinqua, &c?

Et an licitum sit preuenire, seu occidere eum, qui para- tus est iniuste iniuadere, etiam si efficiat via evadendi de- serendo Patriam? Ex part. 8. tr. 7. & Mis. Ref. 52.

9. 1. **P**ro opinione affirmativa adduxi aliquos Do- ctores in part. 5. tr. 4. refol. 7. mean tamen sententiam non explicavi; & hoc non oblitante scio quandam iurisconsultum contra me omnib[us]m, sed immerito: dico igitur nunc affirmatiu[m] senten- tiam esse latissimam, quam me citato, nouissime tenet Enim in iustissimum Lugo de iustit. disp. 10. sal. 7. n. 165. & P. Dicatillus de iustit. lib. 2. tr. 1. disp. 10. dub. 9. n. 117. vbi sic ait: Vtrum autem liceat praevenire occidendo illum, qui falsis testibus iam subornatis in me oppugnat in iudicio, ut necesse sit me occidere, infamari, aut bona me amittere, non omnino conseruent Auctores. Negat Leif. suprà n. 47. & aliqui ali. Affirmat Bannez suprà concil. 2. quam sententiam probabilem etiam putat Petrus Nauarra lib. 2. c. 3. n. 361. & alii, qui speculatiu[m] quidem putant hanc sententiam esse veram, aut valde probabilem, qui enim falsum deponens sic me oppugnat, videntur me occidere alieno gladio, vel me iniuste infamare, aut bonis priuare. In praxi tamen totius esse putant tueri sententiam Lessius & aliorum, quia homines facile credentes se per calumniam accusari, neque aliud esse refutandum præter mortem accusatoris, indeoque patet admissus infinitus homicidii; tum, quia qui falsum testimonium dicit in iudicio, non confutetur aggressor vita, aut uim inferre, sed committere iniustitiam, qua ex sua natura puniri potest a iudice.

2. Hæ tamen rationes mihi omnino displacent. Pri- ma, quia non nititur in ipsa rei natura, sed in p[ro]fane, aut exercitante mentis hominum, qui si imprudente agant, vel temerè iudicando aduersarum iniuste depo- nere apud iudicem, vel non esse aliud medium euadendi, non id offici veritati opinionis, que tantum logi- tur in casu, in quo utrumque certò moraliter contetur, & quod iniuste oppugnetur in iudicio, & quod non sit alijs modus euadendi. In quo casu mihi videtur valde probabilis sententia. Secunda ratio multo magis displacebit, negandum enim est non cerner agitatem aut vim inferre eum, qui falsum testimonium dicit in iudicio; tunc enim aperte vim inferi, & c. dolim contra alterius vitam adhibendo causam sufficientem ad occisionem innocentis, cum posito illo testimonio falso, & falsa probacione necessario sim vel vita, vel fama, & honore, vel bonis spoliandus. Itaque placet